 in celo. **S**i enim de peccatore
 magnum gaudium fit. non
 ne maxima merces auctori
 conuersi ionis debet. **N**one
 pncps religionis ure apli se
 cundum dispensacionem ege
 runt ptereuntes n nuqua
 min ppter maius mandat.
Nonne paulus circucidit thi
 motheum ppter melioe dis
 pensacionem. **M**ulta talia i
 uenies in scripturis tuis. **S**i
 g animam meam in ueritate
 saluare cupis. modicu istud
 ogle desideru. **S**ic quidem
 dyabolus dicebat. quia scrip
 turarum expientissimus e.
Interea iuuenis cepit uacilla
 re rigoremq; animi sui de
 ponere. **Q**uod uidens uaser
 hostis. gauisu e nimis. et ait
 socij suis. **V**idetur quod una
 puella plus nob potuit.
Quid moram. et n irruimus
 in eum. **H**us dictis rursus
 ardentissimum carnis desi

derium suscitauit ei. **T**ande
 ille p nimia defectioe sur
 gens lacrimis totus rigaba
 tur. & conuersus in oratio
 nem. p longas genuflectio
 nes in pauimento corruit et
 obdormiuit.

Uidit g semetipm aqb
 dam terribilibus rap
 tum. et ad quoddam maxi
 mum ptum pductum de
 coris floribus. et bene redole
 tibus exornatum. ubi arbo
 res diuersi fructus. folia au
 tem dulcem sonum reddentia.
 & gratissimum odorem
 emittencia aspexit. **S**edes q;
 posite erant de puro auro.
 et lapidib; pcciosis fabeate. et
 lecti lucidi pcciosissimis stra
 mentis. que decore suo om
 nem narrationem superat.
Aque q; lymphidissime pter
 fluebant. p quas illum du
 centes. introduxerunt in qn
 dam ciuitatem nimio ful
 gore radiantem. **A**uro q;
 dem obrizo muri erat. ex
 lapidib; u quos nullus ali
 quando uidit ppugnaeula
 altissima. **L**ux autem desup

radus suos omnes plateas
illustra^{bat} et etheri quidam
erectus in ea conuersabat.
cantantes canticum quod
auris mortalis numquam
audiuit. & audiuit uocē
dicentem; hec ē requies iu-
torum. & leticia eoz q̄ placue-
runt domino; Inde q̄ cum
egredi inciperēt. ne prueti-
me ait iosaphat inestimabi-
li gaudio istoz s̄ concedite
m̄ in uno angulo p̄elare ci-
uitatis conuersari; Illi autē
dicebant; Inpossibile est te
nunc hic eē? sed multo labo-
re uenies huc. sitam t̄ uim
inferre potes; hy^s dictis p̄
campum illum redeuntēs
deduxerunt eum ad loca te-
nebrosa. & omni feditate &
isticia. t̄bulatione. & t̄bine
plena. ubi fornax estuabā.
et uermiū genus. atq; ser-
pentium ibi erat diuersū.
inter ipsa^s flāmas peccatoz
animas crucians. Vox autē
audita est dicens; Iste ē loc^{us}
peccatorum. tormenta eoz q̄
se polluunt; Postea adduxe-
runt eum inde? statimq; i

semetipm̄ reuersus. tremebū-
dus erat totus? flumina q̄ la-
cimarum defluebant ex ocu-

Olis eius?
Quis autem pulchri-
tudo illius puelle et cetera-
rum omnium? fetidiorum
stercorum ei p̄ hanc uisionē
uidebatur; Benig; uoluen^s
in animo memoriam eorum
que uiderat. sup lectum in-
firmus decubuit; Nunciatur
ergo regi egritudo filij; Iusta-
tim ueniens? interrogat qd
acciderit; Ille autem p̄ ordi-
nem refert qd uiderat et a-
it; Ut quid pedibus meis la-
queum parasti? Nisi dñs
adiuuisset me. paulo min^{us}
habitasset i inferno anima
mea; & nunc o pater p̄mitti
me illuc p̄gē? ubi Barla^{am} xpi
famul^{us} habitat. et cum eo p̄-
sentem uitam expendere. Si
enim me retinueris. uidebi^s
me p̄ isticia mori; Iterum q̄
defectus apphendit regem riu-
sus tede^{us} cum uite sue. r̄st̄
in suum abiit palaciū; Athe-
oda autē qui missi fuerant spi-
rit^{us} maligni. licet sint menda-

cissimi tamen deiectione
 suam ueraciter p ordinem
 reuasi nunciauerunt. Qui
 iratus respondit, Quomodo ab
 uno puero superati estis?
 Responderunt, Prius quam
 iuuenis ille signum crucis
 sibi impingeret. fortiter con
 tra uimus eum. sed postquam
 crucis x signum nobis oppo
 suit. et orationem se prostra
 uit. nichil contra eum po
 tuimus. Tunc ille dimisit
 eos miratus super hoc euentu.
 Ita tamen in corde suo conser
 uauit.
Rex autem undique de
 titutus. theodam iterum uo
 cat. cui et ait, Omnia que
 docuisti o sapientissime con
 plentes. nullam utilitatem
 consequuti sumus. Quid pla
 cet in faciamus? Theodas ita
 que petit. ut posset alloqui
 iosaphat. Quod rex audien
 s assumpsit eum secum. et p
 rexit ad filium. Et cum sedi
 sent. multis modis pater
 arguebat filium de iobe
 dientia. Cumque ille diu
 omnibus rebus proponendum

diceret. pcedens theodas in
 medium dixit. Quid
 o iosaphat patrem tuum
 offendere? et diu omnipotenti
 bus derogare? Respondit io
 saphat. Tu auctor malicie
 in responde. Quid melius
 dicis esse deo uero et uiuo
 seruire? aut lapidibus dolatis
 ad formam hominis aut bes
 tie? Nam si eadem forma au
 rea uel argentea fuerit custo
 dietur ne fures rapiant. si au
 tem lutea fuerit. aut lapide
 a semetipsum custodiet. Tali
 a me suades adorare? Ego au
 tem colo deum qui et me et
 te fecit. per quem mundus fac
 tus est. qui omnia custodit.
 cui si patienter audias opa
 et misericordiam et insinua. Ad hec
 theodas. Cum totius mundi
 adoratores nostram ab inicio con
 mendauerint culturam. ues
 tram autem pauci rustici.
 duodecimum numerum uix
 implentes tantum docuerunt.
 que magis autentica est? Rur
 sus regis filius respondit.
 O theoda. forsitan asinus es
 rationis hiram audiens sine

intellectu pmanens. et n̄ intel
ligis quia euuſnglīm dñi n̄ri
a piſcatouib⁹ p̄dicatum. nulli⁹
regis ul' tyrannorum crude
litate defect. ſed magis magi⁹
q; p̄fecit; Et maxime ſi artho
ribus uariis coniecturi⁹ tue
ret⁹. quale meritum haberet
q̄ crederet. quod experimēto

didiciſſet.

Theodas autem uim uer
borum q̄ſiderans. quaſi q̄ dā
tonitru conſternatus obſtupu
it; Sero q̄nq̄m tam tandem
ueritatem agnouit. q; in medi
o concily ſtans uoce magna
clamauit. Vere rex. ſpiritu⁹
dī habitat in filio tuo. Vere
magnus ē d̄s. x̄anor. uere
magnum myſterium fidei e
orum ē. Dic m̄ uiuenis dulciſ
ſime. ſi relinquens om̄ia ua
na. ſuſcipiet me xp̄e ſi cōuer
tero me ad ip̄m. Etiam inq̄t
ioſaphat; etiā ſuſcipiet te. et
omnes qui conuertunt⁹ ad ip
ſum. Nam dñs dicit. Nō ueni
n̄ peccatores uocare ad penitē
ciam. Et iterum; Inquaecūq;
die conuſus fuerit impi⁹ ab i
p̄ietate ſua. omnes inq̄tates

ei⁹ n̄ recordabunt. Talib⁹ ḡ
p̄miſſis q̄fortatus noli heſita
re. ſed crede in xp̄m. q; illu
minaberis. et facies tua nō
confundetur; Poſtq̄m autē
baptizat⁹ fueris. om̄iū pecca
torum indulgentiam conſe
queris. y eandem grām quā
ego p̄mereberis.

Iſta uictus ḡ theoda⁹ huſ
ſermonib⁹. eruit continuo et
exceerabile illud aurum

omnes libros malicie de
monioꝝ igne cōbuſſit. Deū
ſpeluncam adit ſc̄i uiri illi⁹
ad quem naehoz p̄u uenerat
et de ſe narrat omnia pordi
nem. puluerem q; ſup caput
aſpergens. graues ſingultus
cum lacrimis emittebat. Ille ū
ſanct⁹ eum ad animas de dya
boli faucib⁹ eruenda⁹ artifi
oſu⁹ eēt. catezizans eum. iei
nare multis diebu⁹ manda
uit. Deū baptizauit eum et
omne ſerie fidei expoſuit. ſe
cum retinuit.

Hic ita pactis. rex undiq;
deſtit⁹. tus. uehement⁹ t̄ſis
erat. et conuoca⁹ it̄m con
ſiliarios ſuos. p̄q̄rebat quid

amplius posset facere filio,
 Multa autem consilia mul-
 tis supponentibz. arachis ille
 sepe factus p̄mus inter eos
 ait, Quid oportebat rex fili-
 o tuo facere et non fecim?
 Sed ut uideo? ad impossibili
 a nitim, hoc solum adhuc
 restat agendum ut diuida
 ei regnum. et in parte que
 contigerit regnare p̄mitte.
 Et si quidem negocia rerū
 et cura secularium traxerūt
 eum ad laborem sequendū
 ex sententia res nobis pue-
 niet, Nam mores fortiter ī
 anima roborati. non possūt
 facile deleri, Et ideo suasio-
 nibus potius quam ui sūt
 transmutandi, Si autem ī
 secta p̄manserit x̄anoy. hoc
 ipsum n̄ amisisse te filium
 erit t̄ defectiois magnum
 solatium, hoc arachi dicen-
 te. omnes laudauerunt cō-
 silium quid dederat, Rex
 ḡ p̄cepit ita disponi.

Ma h̄ e itaq; facto accer-
 siuit rex filiū suū
 et ait, Iste ultim' ē mi-
 chi ad te sermo filij. Cuj n̄

confestum obaudieri scia
 deinceps n̄ parcam t̄, Veni
 mecum q̄a regnum diuidā
 tecum. et erit licitum aīn
 quamcumq; desideras
 p̄gere uiam, Cognosceū autē
 iosaphat. et hoc supplantaci-
 onem suam regem dictasse
 p̄misit se ei in hoc obedire
 tantūm ut manus illius
 euaderet, Rex autem max-
 imo gauisus gaudio. diui-
 dit statim in duas partes
 uniuersam puinciam ordi-
 nauit regem filium. et oī
 glā regali illustrans. cum
 maximo comitatu in desig-
 natum duxit regnum;
 Omib' q; p̄ncipib' y magis-
 tris y satrapis qui cumq;
 uellet iret cum filio man-
 datum dedit atq; licentiā.
 ciuitatem quandā ualde
 populosam in caput regni
 constituens. et omnia t̄buit
 que erant conuenientia;

Tunc Josaphat
 regni potestate p̄cepta.
 cum puenit ad ciuitatem
 qua regnatis erat. signum ^{causal}
 in unaq;q; urbium turre

posuit; **T**empla ydolorum
penitus diruit. eorum funda-
menta effodit; **I**n medio autem ci-
uitatis speciosissimam ecclesiam
domino ihesu christo edificauit. man-
dauitque ut omnis multi-
tudo illic frequenter con-
ueniret ad exhibendum deo
cultum per sancte crucis adora-
tionem. **Q**uibus conuenientibus.
ante omnes procedens.
ipse sermonem de ydolorum
uanitate faciebat. & pensis
omnes rogabat. & obsecrabat
ut ad ueritatem euangelii con-
uerterentur; **H**ec omnia suau-
bus moribus & mellifluis per
transiit sermonibus. **N**on tan-
tum enim eminentia pote-
tatis ambiebat uenerabi-
litate & metuendus. quantum
humilitate & mansuetudine;
Et quod magis eos ad fidem per-
uocabat. quo erat mansuetus
et pius; et in cunctis moribus
& operibus suis mirabilis;
itaque sic in breui tempore cunctis
sibi subiectis populus. ad fidem
christianam sese conuertit. & saluta-
ria illius docemata diligen-
ter audiuit; **X**piani quoque ipse

timorem patris sui. sicut superius
diximus. in caernis delitu-
erunt. et pauci episcopi qui sum-
liter absconsi fuerant. cum
sacerdotibus ad eum uenerunt;
Quos ille cum maximo hono-
re suscipiens. duxit in suum
palatium. pedes omnium
lauit. et omnimodis eos per-
trauit; **D**einde quendam episcopum
multum per ipsum passum.
archiepiscopum in sua ciuitate con-
stituit. qui ecclesiam nouit
edificatam petente rege de-
dicauit; **A**n-te cuius initium
rex piscinam fecerat. ut bap-
tizarentur in christo colentes. **B**ap-
tizabantur itaque principes.
et milites. & quot quot dig-
erant. deum reliquosque;
Quod baptizati a quacumque de-
tinebantur infirmitate cura-
bantur. & egrediebantur de sa-
cro fonte curatione tam animarum
quam corporum adepti;
Hinc confluxerunt ad regem io-
saphat undique multitudi-
nes. ad christum conuerti cupi-
entes; **T**empla deorum sanctis et
construebantur; **ph**ana
autem ydolorum penitus

subvertebant; Josaphat au-
 tem omnibus modis sapiē-
 ter agebat. omnib⁹ dabat
 liberaliter egentibus. pau-
 perum. orphanor. uiduar.
 pater amabil⁹ et benignus;
 fama ḡ eius p̄ uniuersam p̄-
 uentiam diuulgabat ita ū
 multi ex curia pat̄s sui er-
 rorem deponentes. fidem
 susceperunt x̄anam. Et do-
 mus q̄dē iosaphat crescebā
 et ḡfortabat⁹. dom⁹ autem
 auenyr̄ minuebat⁹ quē ad
 modum de dauid ⁊ saul reg-
 nor. narrat hystoria.

Auenyr̄ itaq; rex iuxta
 ro in semet ip̄m rediēs
 ydolorum cog. nouit uani-
 tatem. et iterum p̄mos
 consiliū conuocans in lucē
 p̄fert meditata. Omnibus
 autem confirmantib⁹ ui-
 sitauerat enim eos oriens
 ex alto exaudita oratione
 famuli sui iosaphat. uisū
 ē regi manifesta facē filio.
 Scripsit itaq; iosaphat e-
 pistolam in hanc formam
 Rex auenyr̄ dilectissimo fili-
 o suo. iosaphat. bene ualere

Cogitacione plurime fili
 karissime meam subitan-
 tes animam inuimū cont̄-
 bant. Nam n̄ra omnia vi-
 deo deficere. que ū sūt x̄ano-
 rum magis p̄ficere. sentio
 uera ēē que michi ate sem-
 per dicebantur. Sero tan-
 dem agnoscens ueritatem
 doleo quod x̄anis sine causa
 mala tanta feci. qui tamen
 magis n̄ram crudelitatem
 patienter deuicerunt. q̄m
 nos q̄ peccator. mole graua-
 ti uictores ēē stulti putaba-
 mus. S; p̄pter tantas ma-
 lignitates quia abhomi-
 nabil⁹ x̄ sum. ⁊ suscipiendus
 n̄ sum. quid adhec filidul-
 cissim⁹ dicas insinues ⁊ no-
 ticiam hui⁹ expedire patrē
 tuum n̄ moreris. hec itaq;
 epistola ut ad iosaphat dela-
 ta ē. postquam eam p̄legit.
 gaudio maximo et āmirati-
 one replebatur. Morq; in-
 ḡllus cubielm. ante domi-
 cam ymaginem corruit. et ḡ-
 tias om̄pi deo lacrimis toto cor-
 pore rigato deuotissime re-
 tulit; ait ḡ; Gr̄as t̄ ago dñe

Deus omnipotens ego humilis et in-
dignus. & non sufficiens ad
glorificandum beneficiū in
mente pietatis tue. & deprecor
inestimabiles miseratione-
tuas domine ihesu christe. ut exten-
das manum tuam. & perfecter
liberes patrem meum de dya-
boli seruitute. & ostende il-
li quia tu es deus solus. dante ei
locum penitentie. qui es be-
nedictus in secula amen et c.

Sic orauit?
Et de misericordia diuina
confidens. tollens secum re-
gale obsequiū. ad patrem ve-
nire properabat. Ut autem
pater nunciatus est aduen-
tus filij. egrediebatur confes-
sim obuiam illi. & amplec-
titur osculatur. & maximam
sollemnitatem ad eum facit
introitum. Quid plura? post
hec pariter. et singulariter
confident. Et quis dicet quan-
ta pater disseruit filius. et
cum quanta philosophia que
dicebat conprobabat. Si quidem
per longa exhortacionis collo-
quia. per longas uerbi dei pre-
dicationes. conpunctus rex

intimo ex corde christum confi-
tetur. signum quod sancte cruci
in conspectu omnium constan-
ter laudans adorauit. Mul-
ta ergo sapientissimo iosaphat
dicente satrapis & magistra-
tibus. spiritus sancti gratia superuen-
ens. omnes ad glorificationem
dei excitauit. quasi ex uno o-
re turbis clamantibus. Mag-
nus est deus sanctorum. Zelo ita-
que diuino succensus rex auen-
nyr. insurgit fortiter aduer-
sus ydola que erant in pala-
cio suo. aurea quidem conflata
in usus pauperum distribuit.
lignea uero flammis iniecit.
Maligni autem spiritus que habita-
bant in eis. euilantes pelle-
bantur. & inexpugnabile
dei nostri uirtutem esse confite-
bantur. Tunc sancto episcopo ueni-
ente. quem paulo ante con-
memorauimus auennyr rex
baptizat. in nomine patris.
et filij et spiritus sancti. Quem iosa-
phat de sacro fonte suscipiens
carnali genitorum spirituali rege-
nerationis auctor effectus
est. Cum quo et tota ciuitas
et uniuersa in circuitu regi

o diuinum baptisma suscepit. et filii lucis effecti sunt qui prius erant tenebre. **B**aptizati tam corporum quam animarum salutem adepti glorificabant nom dñi nostri ihu xpi

Rex quidem auenit potestate conuisione derelicta. et penitentiam agens de his que fecerat. totum quod de regale principatum filio tradidit. ipse quoque solitariam vitam ducens peccata sua plangebatur. In tantam namque contumeliam et humilitatis abyssum semetipsum posuit. ut non auderet etiam nom dñi sui nominare labijs. et uix hoc ex filii exortatione presumeret. **P**er quatuor autem annos ita uiuens in penitentia et lacrimis. et in omni uirtute proficiens. incidit in infirmitatem. qua et mortuus esset. Quando finis eius appropinquabat. cepit timere et tedere. in memoriam reducens mala que fecit. Cuius mero rem filius suus alleuabat dicens. Quare tristis es pater

et quare te ipsum turbas? **S**pera in deo et confitere ei quia pius et misericors est. Noli pater timere. quia non uincunt peccata querentium se ad deum. inestimabilem bonitatem eius. Ipsa quippe sub mensura sunt. et numero quanta cumque sunt. illa uero bonitas immensa est. et innumerabilis. Non ergo potest quod subiacet numero immensum superare. Talibus sermonibus patrem consolans. bone spei afficit. **Q**ui extendens manus gratias agens. bona inprecabatur filio. et benedicebat. Diem in qua natus erat. dicens. fili dulcissime. fili non meus. sed celestis patris. qualis te referam gratias? **I**nimicus dei et persecutor scorum illius fui. et reconciliatus sum per te. **M**ortuus eram peccatis. et per te reuixi. **B**enedictus dominus deus qui te in natiuitate fecit. ipse quoque te adigne retribuat. **S**ic locutus frequenter osculabatur filium. **D**eum orauit dicens. **I**n manus tuas benignissime deus commendo spiritum meum. **E**t ita in pe-

penitentia. dño animā redidit.
Tunc filius eius iosa-
phat honorans patrē
mortuum. & dignas
exequias illi exhibens. posu-
it corpus eius in monumē-
to inter scōs uiros. non tam
regali opuit illud uestimē-
to. sed penitentie textu cō-
lucio. Stans autem super mo-
numentum manibus in ce-
lum eleuatis. lacrimis p̄fusus
orauit dicens. **D**s gratia tibi
ago rex glorie. quia non
desperisti deprecationem me-
am et lacrimas meas. qm̄ cō-
placuit t̄ ut hunc seruum
tuum patrem meum cōuer-
teres a superstitione ydolorū
et dignum fecisti ut te cog-
nosceret deum uerū et ama-
torem hominum. **E**t nunc
p̄ssime d̄s colloca eum in lo-
co refrigerii. & in loco que-
tis. & ne memineris iniquita-
tum eius antiquarum. sed
secundum multam misericordiam tuā dele cyroḡphū pec-
catorum eius. & cartam scin-
de iniquitatum eius. sanc-
tosq; tuos pacifica ei quos

ipse puniuit. Omnia quip-
pe t̄ possibilia sunt. Nam mi-
sericordia tua effusa est super
omnes. & saluas inuocantes te
dñe ihu xpe. quia te decet
laus et gloria in sempiterna
selā aā e h.

Tales orationes & depre-
cationes obtulit dño in to-
tis .xii. diebus. nullo m̄-
a monumento surgens in me-
mor penitus cibi ac potus. in
quieti indulgens. s̄ lacrimis
pauūntum rigabat. & ge-
mitib' inenarrabilib' dño
supplicabat. **O**ctaua autem
die ad palaciū reuersus cūc-
tas diuitias paupib' distri-
buit cunctis indigentibus
ita ut nullus iam relinque-
retur inopiam patientium.
In paucis itaq; diebus om̄s
thesauros euacuans. q̄dra-
ginta diebus memoriam pa-
tris sui p̄ficiens. & uocat om̄s
p̄ncipes. & milites. & urbani
p̄pli non paucos. **S**edensq; p̄
tribunali. in audientia om-
nium dixit. Ecce sicut uide-
tis rex Auenyr pater meus
q̄i unus de pauperib' mortuus

est. et neq; diuitie neq; re
 gal' pompa. neq; ego dilec
 tus filius suus. neq; aliq's.
 eum adiuuare potuerunt
 s; abūt ad illa iusta iudici
 a rationem redditurus
 de omnib' operibus suis q̄
 lia eumq; sunt. Nunc autē
 audite me amici et fratres
 mei. quos x̄ p̄cioso sangui
 ne redemit. Ipi nostis con
 uersationem meam inter
 uos. qm̄ ex quo xpm̄ cogno
 ui omnia odio habens. ip
 sum occupui solum. Sed ui
 si pat's mei obstitisset ob
 stinatio. omnib' pompis
 renūciasset. et deserti soli
 tudinem expetisset. Sed q̄
 non inuanum tales expē
 dilabores. Nam illum xpo
 reconciliaui. y uos omnes
 uerum dñm agnoscere docui.
 Non autem hoc ego feci
 sed gr̄a dñi p̄ me opta est.
 Jam temp̄ instat. ut reddā
 ei uota mea que p̄misi. Vos
 itaq; considerate quēcūq;
 uelitis p̄eē uob' y regnare.
 P̄fecti enim iam estis in fi
 de. y nichil uos latet pre

ceptorum eius.
Hec ut audiuit ppl's.
 tumultus ilico y plāc
 tus uocis q; maxim' fit la
 mentantib' omnibus suā
 desolationem. Sacramen
 tis ḡ testabantur se illum
 non dimisuros. et si discedē
 temptaret. sine dubio cō
 p̄hensuros. Sicq; uociferā
 tibus omnibus. rex turbā
 sedare uolens. silentio ip̄a
 to. petitioni eoz se se optem
 perare pollicetur. Contris
 tatos tamen domum re
 mittens. ipse unum de
 p̄ncipib' qui erat ei caris
 simus. ul' p̄pter fidei pi
 etatem. ul' p̄pter uite pu
 ritatem barachiam nōie
 quem p̄us commerauim'.
 solum cum eo in fide per
 stitisse. quando nachor cō
 philosophis disputauit se
 crete dixit ad eum. Assume
 t̄ frater regnum y cū iusti
 cia rege pplm'. me autem
 cupitam ui am p̄gere p̄
 mitte. Qui cum constanti
 sine rennueret. nec om̄ino
 acquiesceret. tunc q̄dem rex

a colloq̄o cessant. **E**cce in
tempesta nocte eplam scrip
sit ad pplm. multa refertā
phylosophia omnem fidei
xp̄iane pietatem disertissi
me continentem. Deinde n̄
alium quam Barachiam in
regem constituit. Et in suo
cubiculo cartam quam scrip
serat relinquens. de palaci
o clam egreditur. S; penit
latere non potuit. Nam sū
mo mane hoc auditum est
y turbationem repentīnam
ppl̄s incurrit. Qui omni ce
leritate vias uniuersas imō
tuum concaua egressi. p̄ocu
pabant. Tandem ubi in vi
as ualles circumdederunt. in
torrente quodam hunc t̄ue
nerunt. genib; flexis orantē
hora sexta. Quem cum uidis
sent. p̄fusi sunt lacrimis. Ille
autem ait. Cur frustra labo
ratis. Non enim ultra me
regem habebitis. Plurima
tamen illoꝝ deuictus instā
cia. cum eis reuertit. Et ite
rum congregatis omnibus
iuramento confirmat se nec
una die apud eos mansurū.

Audientes hoc. y intenciois
illius constantiam scientes
merebant plurimū. qm̄ nō
poterant ei suadere. Tunc ip̄e
apprehendens barachiam dicit.
Fr̄es. hunc uob; ordino regē.
q̄m̄q̄m plurimum reniten
ti dyadema inposuit capiti
illius. et stans ad orationem
pro illo orauit. et p̄gregē si
bi subdito. P̄ oratione facta
dixit barachie. Ecce frater t̄
mando sicut aliquando ap̄ls
testificatus est. attende t̄ et
gregi tuo. in quo te sp̄s sc̄s
posuit regem. ad regendum
pplm̄ dñi. quem acquisiuit
sanguine suo. Et sicut ante
me cognouisti dñm. et seruis
t̄ei munda conscientia. sic
in ampliori studio placē illi
satage. Nam quanto maiore
a dño adeptus es p̄ncipatum.
tanto potiori exactioni debi
tor existis. P̄ ideo retribue be
nefactori tuo debitas gratia
rum actiones. ip̄i sc̄a cui lo
diendo mandata. P̄ hui; si
milia multa locutus posuit
genibus iterum orauit cū
lacrimis. & contricione cordi;

Post hec iosaphat
 osculatus est barachi
 am regem. quem ipse or
 dinauerat. & post eum pn
 cepit omnes. Tunc iam fun
 dunt lacrimae ueraciter ex cor
 de. Circumstantes enim e
 um uniuersi quasi anime
 eorum ex eius penderent a
 nima. & sine illo ullo in vi
 uere possent. quid non con
 passione duxerunt dignum.
 Iualem lamtabilem excellen
 ciam dereliquerunt. Oscula
 bantur amplexabantur pte
 dicentes dm cognouimus
 ab errore liberati sumus.
 Quid ergo erit nob p tuum
 discessum. Que non mala no
 apphendent. Talia dicentes
 pectora percutiebant. tanta
 sua flentes infortunia. Iu
 e autem sermonibus consola
 tou plurimos eoz gpescu
 it gemitus. eum eis spu p
 mittens futm. quia corpe
 id eet impossibile. Talia di
 cent omnib uidentib egre
 dit de palacio. Cum q oms
 pariter exierunt. Jurantes
 ad ciuitatem se ee non reuer

suros. Ut autem extra cui
 tatem facti sunt. quia ser
 mone blando ab illo nolebant
 discedere. increpatione a
 uulsi sunt. & inuiti reuer
 tebantur. Egrediebant itaq;
 de regno suo fortis ille iuue
 nis gaudens. et erat indut
 extrinsecus quidem osuetis ue
 stibus. intrinsecus uero laneo pa
 no quod barlam sibi relique
 rat. Nocte itaq; illa uidem
 cula cuiusdam paupis hospi
 tatus uestimentis suis exu
 tis. ea paupi distribuit. ul
 timam elemosinam pficiens.
 & sic illius quam aliorum
 multorum pauperum o
 rationibus pcuracionem
 sui dm acquirens. & ipi
 gram. & auxilium quasi ue
 timentum salutis sibi met
 circumponens. ad heremi
 ticam egressus est. uiam
 non panem secum deferens
 non aquam non aliquid a
 liud ad cibum ptinens. n
 uestimto alio indut n du
 ro illo panno tantu cuius
 paulo ante memoriam feci
 mus. Desiderio enim qda

incredibili. et amore diuino uulneratus animo immortalis regis & omnino eam desiderio extra se factus et totus liquefactus eius amore; Fortis est enim ut mors dilectio; huius ineffabilis decore christi amore uelud ignem in corde suscipiens apostolorum chorus. et mirum populum. omnia spernebat omnem scilicet uitam temporalem. Sic et iuuenis iste omnia despiciens.

In heremum pergebat queres sanctum barlaam.

Heremum itaque pertransiens. edebat herbas que illic nascebantur. Aquam uero omnino penuriam patiebatur. in aqua et arida existente heremo illa. Itaque circa meridiem sole ardente uehementer iter agente uehementer ipse estuabat siti. estu perseuerante. et ultima affligebatur miseria. Sed uincebat desiderium naturam et sitis qua dominum siciebat flammam rorabat sitis aque. Inuidus uero. et idem odiosus hominum dyabolus non fuisse

rens inuicene tale ^{tenere} propositum. plurimas ei perheremum exercitauit temptaciones. Submisit namque memoriam regalium glorie. et dudum assistentibus sibi obsequiis amicorum atque coetaneorum. et multa indulgentioris uite refrigeria. Deinde asperitatem conuersationis proponebat sibi. corporisque infirmitatem. temporis longitudinem. uite presentis necessitatem. et nusquam sperandam tanti laboris consolationem. Cum tamen sic aduersus seipsum uirum perualere non posset. ad alia fimenta conuersus est. Aliquando gladium micantem tenens insiluit super eum. et percutere minabatur non statim reuertere. Alia uice diuersarum bestiarum formas assumebat frędens contra eum. dirissimum emittebat rugitum. Deinde in draconem et in aspidem et in basiliscum transformabatur; Bonus uero ille et fortissimus iuuenis intrepidus erat animo. ceu qui altissimum sibi metipsum refugium posue

rat. **I**ncepit se signo vi
 te p̄munire et dicere. Do
 minus in adiutor est. et e
 go despiciam inimicos meos.
Tunc bestie ⁊ serpentes sicut
 fumus defecerunt. et sicut
 liquecit cera a facie ignis?
 sic pierunt. Ipse autem am
 bulabat gaudens et gr̄as
 agens d̄no. Sed et bestie plu
 rime ⁊ serpentes quos here
 mus nutrit. non ymagna
 rie. sed ueraciter obuiabant
 ei. sed nequaquā ei nocuerūt
Veniq; uarij ac multis in cō
 modis fatigatus? tandem
 puenit ad heremum terre
 sennaas? ubi barlam habi
 tabat. Ibi etiam aqua inuen
 ta. sitim quam dudum pas
 sus fuerat alleuiabat.

Mansit autē
 iosaphat duob' anni
 integris p̄ heremi illi' uasti
 tatem uagabundus et non
 inueniebat barlam. dō
 in hoc fortitudinem animi
 eius pbante. **E**rat ibi sub
 duob' sole exustus p̄ diem.
 ⁊ frigore p̄ noctem congela
 tus. plurimas autem sus

Tinuit temptaciones maloy
 spirituum. et multo labore
 herbarum indigentia quib'
 in cibum utebatur. quia he
 remus illa herbas rarissima
 habebat. **C**ompletis autem
 annis duob' iosaphat q̄dem
 circuibat querens desidera
 tum. **I**nuenit autem dī gr̄a
 speluncam uestigia sequen'
 illic ambulantium. et mo
 nachum q̄ndam repperit
 et hunc amplexatus. rogabā
 ab illo ostendi sibi habita
 culum. **B**arlam. **Q**ui dū
 optatam monstraunt cui
 am. ⁊ doctor illius factus ē.
Puenit celerrime sicut par
 uulus ex longo tempe cu
 piens matrem uidere. **N**ā
 cum amor qui sedm̄ est. in
 animam distillat. carnali
 multum feruentior atq;
 fortior est. **S**tetit itaq; an
 te hostium spelunce. ⁊ pul
 sans dixit. **B**enedic pater.
 benedic. **U**t autem uocē ei'
 audiuit? exiuit barlam.
Cognouerat namq; p̄ sp̄m
 iosaphat. quem secundum
 exteriorē aspectum p̄fec

Te recognoscere non ualebat.
ppter inmutacionē qua in
mutatus fuerat. Nam dem
gratus erat a feruore sol. coma
tusq; crinib; exesam habens
faciem. & oculos in pfundū
diuīfos. & clypea crusta ha
bens riuus lacrimarum et mult
ta inopie afflictione. **I**osaphat
autem cognouit spūa
lem patrem. Karacterem uul
tus seruantem eundem. **S**tāl
q; mox contra orientem se ex
orauit grās agendo dō. **P**ro
orationem dicto amen appre
hendentel se et osculantes
amplexib; mutuis ostringe
bant. Ut autem sufficienter
osculati sunt. ppis nominib;
se salutauerunt. & sedentes
colloquebant. Sedentib; ita
q; illis. sermonem inchoans
barlam. bene uenisti aut fili
dei. & heres regni celestis qd
t dñs conferre dignetur. **D**ic
q; m dilectissime quom huc ue
nisti. et qm p discessum meū
factum ē de te. ul si cognouit
dñm pater tuus? aut demonū
errorib; ad huc occupat? **T**ūc
iosaphat cuncta seriatim cepit

refere qnta ppera dñs deus
de tantis aduersitatib; ei fe
cit succedere.

BARLAM autem audi
ens ista. p gaudio lacri
matus dicebat. **G**lā t deus
noster. qui semp ades & auxi
liari diligētib; te. **G**lā ti
bi beata trinitas? quia semen
quod in corde serui tui iosa
phat seminaui. centesimum
fructum retulit. **T**unc adora
tionem surgentes consuetū ce
lebrauerunt officiū. **D**einde
mensam posuit barlam. spūa
libus plenam epul. **O**lera enī
fuerunt cruda. quoy se ex ipē
opator & cultor fuit. **P** pauca
dactili. & siluestres herbe. **A**ppo
sita itaq; edentes. & aquā de
fonte pterfluenti sumentes?
grās iterum dño agentes. spū
ale repetunt colloquiū. **M**an
sit itaq; iosaphat cum barlā
sic plurimū annis. mirabile
illam agens conuersionem
& quasi pat huius p omnia obe
diens. omniq; subiectione et
humilitate subicien semet
ipm illi impio contra ma
lignos spē uelud milē iūstruc

Assim' pugnabat; **P** ut sim-
 pliciter dicam. tantus uera
 ei labor conuersationi' ut et
 ipse barlam miraret. y pseue-
 ranti illius uinceret instan-
 cia; Nam tantum de illo du-
 ro cibo percipiebat. ut solum
 posset uiuere. Sic autem ad-
 uigilandum naturam subdi-
 dit. quasi incorporeus aliqui'
 y sine carne; Orationi assidue
 incumbere. in contemplaci-
 one semp constitutus. Hoc
 enim opus uere monachoz
 est. numquam ociosum inue-
 niri a spuali opatione.

S ic g inuicem gisantes
 barlam y iosaphat celi-
 brem uitam agebant cum o-
 ni puritate; Quadam autē
 die aduocauit senex spuale
 filium. quem p euanglin
 genuit; y sedens dixit ad eū.
 fili dulcissime iosaphat in pte
 sepius oranti pmisit xpc do-
 minus ante finem uite me-
 e te ee uisurum; **U** id y g si-
 cut desiderabam. video. e-
 num te in amūdo abstrac-
 tum. quinctum u xpo in
 te inseparabili; Nunc autē

qm resolutionis mee tep
 instat. tu quidem corpus
 meum terre operi. et pul-
 uerem trade pulueri; **D**e-
 inceps autem mane in lo-
 co isto. & spualem custodi
 cōsationem mee q; humi-
 litatis memouā habeas;
P ax autem dī que exsūpe-
 rat omnem sensum custo-
 diat corpus et animā tuā.

I quamuis enim corpe tol-
 iar ate. spū semp psēs ero;
H ys a beato
 barlam dictis rui
 lacrimar iosaphat in suā
 non habebant; **D** esten' e-
 num desolationem suam ue-
 hementer. rogabat ū come-
 eius mouendo fieret. y ait
 cum lacrimis. **Q** uis pat per-
 fectam karitatem retines.
 quod tu ad regem pgis? et
 me in labore pmittis? **S** ed
 deprecare dominum queso
 te ut me hoc sclo assumat
 y p pimum quod speras re-
 cipere eruo te. ut ne unā
 diem p te uiuam. ne solua-
 gus p heremum, errē. **S** e-
 nex autem leniter consola-

bat eum dicens. Non debe-
mus fili iudicij dei resistere;
Ego enim plurimum roga-
ui dñm ne separarem ab i-
uicem. & instructus sum
a bonitate illi. quia oportet
te in carne pmanere donec
splendidiorē coronam tibi
met ipi componas. Non enī
sufficiens decertasti ad eam
que t̄ parata ē retributionē;
Sed oportet te modicū labo-
rare. ut letus intres ī gau-
dium dñi dī tui; Ego enim
fere sum centum annorū.

In hac autem heremo. septu-
aginta q̄nq; annos p̄egi; Ti-
bi aut̄ licet non tantum tē-
p̄ sit ostitutum. sed tamen
appropinquare oportet sic
iubet dñs. ut q̄simil̄ osten-
daris et nichil minus habe-
as ab eis q̄ portant pondus
diei ⁊ estus; hec dicens senex
et multa plura. animam
iosaphā consolatus est;

Quom̄ misit eum p̄ uisaco.

Deinde ad quosdam
fr̄es transmisit eum
procul habitantes.
ut afferre t̄ ei que ad sacrā

hostiam osecrandā erant ne-
cessaria; Tunc oafortatus iosaphat.
ualde uelocit̄ minist-
terium adimpleuit; Metue-
bat enī ne eo absente sp̄m
dño barlam traderet. ⁊ be-
nedictione illius exhortati-
one p̄uaret; Ita uiril̄ ab
illo longa uia p̄acta ē. ⁊ alla-
tis p̄ q̄b̄ierat. offert dō sacri-
cium sanctus barlam. ⁊ cō-
municās ip̄e. t̄didit iosaphat
t̄cōtaminata misteria. Deū
ōsuetum p̄cipientes cibum.
edificatoris uerbi⁹ animam
iosaphat alebat dicens. Non
iam nos dilectissime fili. in
unum conḡgat esus? sed men-
sa in hac uita; Ingreder̄ enī
uiam uniuerse carnis. Opor-
tet dilectionē mandator̄ dī
custodire te. in omnibus que
a me edoctus es; Talia quid̄
barlam ⁊ hūc similia usq;
ad uespam. ⁊ p̄ totam noctē
iosaphat loquebat̄ ineffabi-
li dolore detento. ⁊ separatio-
nē illius n̄ ferenti; Mox ḡ
illucescente die. colloquio-
nem finiens. eleuatis in celū
manibus & oculis gr̄arum

actiones referens dō ait. **D**omine dō mōs. q̄ ubiq; p̄sens es. ⁊ om̄ia in p̄les. gratias ago t̄. quia respexisti humilitatem meam. ⁊ huc usq; viam mandatorum fecisti currere. ⁊ feliciter cōsummare. ⁊ nunc misericordissime dñe suscipe me in eterna tabnaclā tua. ⁊ ne minueris peccatorū meorū que ignorantē commisi; Custodi hunc fidelem famulum tuum: cui p̄eē me uoluisti. Erue eum ab omni uanitate ⁊ temptatione dyaboli. ⁊ inimici laqueos conterere sub pedib⁹ eius. **M**itte ei auxilium ex alto. ⁊ grām sp̄s tui. ⁊ corrobora illum ad uersus inuisibiles hostes: ut pseuerans mereat coronam uite percipere. quā p̄misisti diligentib⁹ te quia te decet honor ⁊ glā in sc̄la sc̄lorū. **F**inita oratione dans iosaphat pacis osculū. quiescens modicum percubuit in terra: ⁊ spiritū reddidit. **T**unc iosaphat corruens sup̄ eum. tunc dē pect⁹

et euellent crines. lacrimis abluerat corpus illud sanctissimum. ⁊ laneo panno quod dederat ei in palacio iuuoluerat. reuerentissime prope speluncam sepeliuit; Sedens q; iuxta sepulchrum uenerandi patris. multum flebat et euilabat. donec tandem p̄ nimia tristitia obdormiuit. ⁊ uidit terribiles uiros illos. quos et prius uiderat uenientes ad se. ⁊ deducentem illum in maximū ⁊ mirabilem campū et deinde duxerunt eum ad illam splendidissimā ciuitatem. **I**ngrediente autem illo: obuiauerunt quidam corona in manib⁹ ferentes ineffabili decore resplendentes. **I**nterrogante autem iosaphat cui eēnt corone tantū splendentes? responsū accepit quia una foret s̄ p̄parata eo quod multos ad dñm cōuertisset. que et ad huc magis deberet expoliri p̄pter heremiticam uitam. sitam in ea usq; ad finem pseueraret; **A**ltera ū eui⁹ quidem foret

sed pat suo eam dat's eet q̄
per eum ab errore liberat'
domino dō fuerit recōcili
atus; Iosaphat autem hoc
audito: hesitanter et mes
te accepit et ait; **I**ūm non
maius p̄mum adipiscar
q̄m pater meus? **D**ixit hec
et confestim estimabat se
barlam uidere. quasi exp
brantem sibi et dicentem.
Isti sunt sermones mei io
saphat quos aliquando di
cebam tibi. quia cū diues
fueris n̄ beneficis eris et
ip̄e hesitabas in uerbo;
Nunc autem q̄m̄staris d̄
equali honore t̄ et pat tuo?
et non magis gaudes quia
exaudita ē oratio tua p̄ ip̄o?
Josaphat aut̄ p̄ ut mos ei e
rat semp̄ dicere ignosce pa
ter ignosce. et ubi habitas
ostende m̄. **I**n hac inq̄t spe
ciosa y magna ciuitate. ha
bitacionem merui habere
in media urbi' platea luce
fulgente erumia; **R**ogare
iterum iosaphat barlam
se putauit. ut eum duce
ret in habitacm suum; &

hospicio reciperet. Sed nō
dum uenisse temp̄ dicebat
barlam. quo ad illa ueni
re posset habitacm; adhuc
oneri subiect' corpis. **S**i aut̄
uiriliter p̄seueraueris quē
admodum mandauit. ue
mes paulo post. y eidem dig
nus efficiaris mansionib?
et eandem gloriam consecq̄
ris. & in eternum in gaudi
o pariter erimus; **H**is dictis
continuo uisio discessit;
Rexitatus autem a som
no iosaphat. luce illa
et ineffabili gl̄a animam
adhuc habebat satiatam
et cum multa admiratio
ne dño omnium bonoz
largitor. y in nos et laudes
referebat. **Q** sic incipiens
dicebat; **D**ominus illum
natio mea et salu' mea q̄p̄
timebo? **Q** psalmum serua
tim p̄ficiens. letus in cella su
a p̄mansit. sicut p̄us orati
onib' y ieiunijs plus solito
intentus; **C**ogitationibus
uanis nunquā ad mōm̄
illectus est. sed scdm̄ psalm'
tam paruulos cogitatus

cum ori sensit. in ipsa ori
 gine allisit ad petram idē
 xp̄m; Facilius enim malig
 nis suggestionib' resistimus?
 si in merordio temptacionis n̄
 delectando sequim'. sed fun
 ditus a corde eliminamus
 cum eas grassari senserim'.

Perseuerauit autē iosa
 phat usq; ad finem vi
 te sue anglicam in terra
 ducentis quersationem. Ita
 tal' sue anno uice sumo q̄nto
 terrenum deseruit regnum
 et heremiticum subit labo
 rem. triginta q; quinq; an
 nis ibidem quersatus est.
 Multas p̄us animas ad dñm
 quertit. & in hoc aplicam p̄
 meruit gr̄am. Erat p̄terea
 martyr uoluntate. Nam cū
 magna fiducia xp̄m in con
 spectu regum et tyrannoz.
 confessus est. & p̄dicator crimi
 us et claritatis fuit; Multo
 etiam nequicie spiritus in
 heremo p̄strauit. celesti mi
 numine defensus. Insuper
 et mundum anime oculū
 ab omni terrena caligine
 habuit. & uelut p̄sentia fu

tura q̄templabat; Xp̄m de
 siderabat. xp̄m quasi p̄sen
 tem cernebat. xp̄m super
 om̄ia sequi glouosum existi
 mabat. Dicere etenim cum
 p̄pha poterat. Puidebam do
 minum in conspectu meo
 semper. q̄m ad dextris e
 m̄ ne q̄mouear. & iterum;
 Adhesit anima mea p̄ te.
 me suscepit dextera tua do

Amine;
Adhesit enim aīa
 illius p̄ xp̄m conuinctio
 ne indissolubili. illi copula
 ta. Non enim defecit ami
 rabili illa quersatione. nec
 mutauit rigorem p̄positi
 sui. ap̄ncipio usq; ad finē
 equalem seruans intentio
 nem. immo ad altiorē dedi
 e in diem p̄fecit uirtutem
 Cum enim tota intentione
 homo uirtutib' studet. ab
 trahit auicys. & tanta dul
 cedine non tam uicia
 uitare. quam boni ope
 ribus insudare glouatur.
 Cum autem in consuetu
 dinem tam uirtu quā uir
 tutis exercitacionem dix

erit? quasi innatam sibi
possidebit; Unde quidam
inter alia inquit; Consue-
tudo sapit naturam; & ite-
rum; Nichil assuetudine
maius; *De obitu iosaphat.*

Oeinde pfecta tali guer-
satione? tandem addi-
em extremum pueniēs. cur-
sumq; suum feliciter ī scā
gūlatione pficiens. quadam
die cepit infirmari & sic ī pa-
ce celo spm reddidit; Precio-
sum ū corpus illius. uir scs
qui nō longe habitabat. qui
et p̄us ei iter ad barlam ostē-
derat. ipsa hora dormicioni-
eius ueniens collegit & oīa
que ad sepultūrā p̄tinēt legi-
time exequens in sepulchro
sancti uiri barlam posuit;
Nam decebat eoz simul corpa
ēē in terra? quoz anime con-
iuncte sunt in eterna retribu-
cione. & societate anglica. Pre-
cepto q̄; cuiusdam terribil' pui-
sionem fortiter in mente cō-
sternatus heremita q̄cū se-
pelierat. ad regnum indorū
p̄gere contendit. & ad regē
barachiam pueniens omīa

de beato Josaphat manifes-
ta f̄cit; Quo audito. confes-
tum rex cum magna uirtute
et militū multitudine illuc
puenit. Monūm̄tum asper-
it. et multū lacrimat̄ sustul-
lapidem. et uidit sanctos di-
habentes membra scdm̄ ip̄e-
tatem speciosi corpis utusq;
nichil omnino īmutata? sin-
cera ū & integra cum suis
indūm̄tis; Tunc illa scārum
animarū tabnaclā multā
suauitatē emittebant. Illa
autem rex in thous p̄iosis
reposita in suam repositauit
patam; Ut autem audiuit
p̄p̄s ex omnib' ciuitatib' un-
circuitu regionib' ad adorā-
da & uidenda scōz corpa con-
fluebant? cum cantib' et y-
nis et cereis ardentib'.

Splendide ū simul et
magnifice in ecclia qm̄
iosaphat ab ipsis fundamē-
tis exererat. deposita sunt
scā corpa. Plurima ḡ mira-
cula & sanitates in transla-
tione. & depositione & dem-
ceps p̄ scōs famulos suos opa-
tus est. & ad laudē & glām

nomini sui. & uidit rex
 et omnis turba signa que
 fiebant. & plurime gentes
 que erant in circuitu in fi
 delitate languentes. & dei
 ignorantia. p ea que ad se
 pulchrum signa fiebant cre
 diderunt. & omnes uidentes
 & audientes anglicam conu
 sationem iosaphat. et a pue
 ricia inestimabilem eius a
 morem ad dñm mirabantur.
 glorificantes in omnib' dñm.
 qui in se sperantes exaltare &
 magnificare dignatus

Que usq; finis p̄sentis ser
 monis quem secundū
 uirtutē meam scripsi. sicut
 accepi a uenerabilibus uiris q̄
 tradiderunt illum m̄. Conū
 gat ḡ nob̄ legentib' & audien
 tibus utilem animarū rati
 onem ut in parte sanctorum
 qui ab unicio placuerunt do
 mino computari mereamur
 meritis. & intercessione s̄c̄o
 roz Barlaam & Josaphat de qb'
 fuit narratio.

*Incipit uita
 s̄c̄oꝝ barlaam & iosaphat.
 Incipit uita sancti alexi con
 fessoris.*



eo p o r i b'
 honory et ar
 chady augu
 toꝝ fuit ro
 me uir mag
 nus. & nobil
 eufamianys

nomine i diues ualde. e pri
 mus in palatio impatoꝝ.
 Erantq; ei ta milia pueri q̄
 omes zonis cingebant au
 reis & serici utebant uesti
 m̄ tis. hic erat uistu' et
 mi sericoꝝ. multa paupibus
 erogans. Tres per singulos
 dies mense parabantur in
 domo ei' orphanis p̄gnis. et
 iter agentibus. Ipe u' ad nonā
 reficiebat. cum religiosi' ui
 ris. Mulier autem erat ei.
 Aglaes nomine. timens et
 ipsa dñm. & non erat illi fili'.
 eo quod steril' eēt. Unde mul
 tum merebant. quod tanta
 rum diuitiarum nullum
 habebant heredem. Oratiōi
 bus itaq; assiduis. et elemo
 sinis a deo filium rogabant
 qui eis succederet. Iuoz uo
 ta d̄s respiciens. & op̄m bo
 noꝝ recordatus. gressit eis fi